



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

De libro professionum fidei.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11399**

modum libri; notato tamen suo loco numero testium, & foliorum illorum ex-minum in libris ordinarijs criminalibus, vel ciuilibus; vt natura examinatum postulabit.

**D**e indicibus varijs in libris ciuilibus & criminalibus.

**I**ndex librorum ciuilium & criminalium, sicut singulis libris ordine alphabetico per materias, eum nomine ecclesiae, vel persona, & aduersarij & foliorum: in margine vero notetut locus iustus etiam in principio processus, seu cause, sententiae, ponatur locus, & titulus cause; vt puta, Truilijs surarum. Forma indicis erit hæc infra. Locatio bonorum ecclesie Sancti Martini facta Ni. fo. 100. In ciuilibus secundus index alphabeticus, cum nomine tituli ecclesiarum, de quarum bonis, & iuribus facta est lis, hoc modo. Sancti Bartholomæi, Plebis, Castris, prij.

Habeat vero hic secundus index titulu in hunc modum.

Index ecclesiarum, de quarum bonis & iuribus controvenerunt in hoc libro.

In criminalibus vero secundus index condemnatorum, indicatorem, & Inquisitorum, & quod absoluti sint ab inquisitione, & processu.

In libro item sententiarum criminalium, praeter indicem sententiarum, altius index particularis condemnatorum.

Tertius index in ciuilibus & criminalibus, nomine testium, in initio libri testium.

Quartus similis in criminalibus initio libri informationum, de nominibus testium, examinatorum pro informatione.

**D**e libris, & scripturis ad Sancum Officium Inquisitionis pertinentibus.

**H**abeat totidem libros pro causa Sancti Officij Inquisitionis, coram ordinario cognoscendis separatos ab alijs; sed confessos eadem ratione.

quinq[ue]partita, etum suis indicibus annexis, ut supra dictum est in alijs causis criminalibus; non seruata distinctione villa inter processus Civitatis, & Dicēcessis.

Habeat præterea librum actorum cōgregationum Sanctæ Inquisitionis: que describantur etiam cum agitur in eis de processu, causa ve pendente coram R. P. Inquisitore.

Habeat item librum, in quo haec sine descripta.

Formula iuramenti procuratoribꝫ dadi.

Item consultoribus.

Edictum proponendum quotannis.

Formula delegationis facultatum con-

ficiendi processus in causis fidei.

Litteræ Apollonicae, & aliae facultates, priuilegia ve ad Sanctum Officium pertinentia.

Ordinationes quæcumque, & decretal. Romæ, vel hic facta, ad idem spectantia.

Habeat item indicem eorum, quibus data est facultas eiusmodi, & regestum electionis.

Regesta literarum super eo missarum ad varia loca.

Filicias literarum ab vrbe missarum super eo.

Filicias literarum à Diocesi missarum super eo.

Indicem nominum Reuerendi Inquisitoris, & Vicarij, fiscalisque, & Notarii illius, & Consultorum Sancti Officij.

In ferino recondito libros prohibitos ex caula processuum afferuandos.

Indices omnium singularium scripturaum sapientiarum.

Indices commorantium in locis suspectis ex Diocesi.

Informationum, & testimoniorum quæ ab illis exhibentur filicias.

**D**e libro professionum fidei.

**H**abeat librum auctoritate publica munitionis professionis fidei. Regula- rium, & secularium, etiam laicorum professorum, & ludi magistrorum cuiuscunq; facultatis, vel artis liberalis quæmodocunq; ex Tridentino Cœilio, & ex bullâ Pij V. & Cœilijs Provincialibus.

De

De emissione autem professionis fidei faciat publicum instrumentum, atque ideo faciat mentionem de rogitu, & testibus adhibitis: & hic liber sit loco Prothocollis, quod adhuc instrumenta tantum.

In eo describat summarie ut infra, nomen, cognomen, & patriam professoris, vel ludimagistri.

Diem professionis fidei emissæ.

Nomen Vicarij, seu delegati, in cuius manibus emisit professionem.

Scientiam & artem quam docet.

Nomen monasterij, locis, in quo degit, & docet.

Testimonium, si quod admissum sit, de professione alibi facta, & in cuius manibus.

Mandatum sumendi informationem de fide & moribus.

Testimonia ab ipso de hoc exhibita.

Approbationem, & facultatem datam docendi.

Habeat præterea filciam, in qua seruet supradictas scripturas.

De processibus, & visitationibus monialium.

**P**rocessus singuli, & acta Visitationum Monialium, conscribantur separatis in Quinternetis, ad maiorem facilitatem deferendi: ad singula monasteria cum opus est, unum processum sine altero: & seruentur in filcijs, facto tamē manuali, ac Indicibus, ut de alijs processibus dictum est.

De processibus Regularium virorum.

**I**dem seruentur in processibus Regularium virorum, quacunq; auctoritate eos confici contigerit, si degant in clausis, aut alijs sub obedientia superiorū Regularium.

De libro visitationum carcerum.

**H**abent Cancellarius librum visitationis carcerum, hoc ipso nomine inscriptum: in quo describantur acta, & ordinationes omnium visitationum carcerum, quæ sunt singulis mensibus, sub hac forma.

Die, &c. fuit facta visitatio carcerum, in qua interfuerunt omnes infra scripti, vi delicit.

Describantur hic singuli qui interfuerunt, tum nomen cuiusq; carcerati cum suo decreto facto in visitatione, hoc modo.

Paulus N. decretum est dimitti cum & deuissione, &c.

Habeat hic liber Indicem alphabeticū ordine nominum carceratorum.

#### De libris actorum visitationum.

**L**ibri actorum visitationum sint distincti ab alijs actis, & processibus, sed in reliquis ordine supra disposito, etiam quod ad indices per singulos Notarios subtilitatos, qui eiusmodi acta describunt dietim: ita tamen, ut acta visitationum ab initio ipso, conscribantur in folijs, sed redigantur in librum auctoritate publica, confirmatum, omnino distincta per Plebes singulas, & portas in qualibet visitatione; saltem antequam se conferat visitator ad aliam Plebem, aut vicarium Diocesis visitandum; aut in Civitate implicant se alijs pluribus visitationibus.

Attestationes vero & informationes testium, & examina reorum, in libris describantur: & si quando necesse sit ad Vicarios aliquem processum transmitti, antequam redeat visitator, aut visitationis Notarius substitutus Cancellarijmittant, retento omnino penes se originali, donec ipse Mediolanum veniat.

In causis visitationum ciuilibus, satis sit habere duos libros: alterum manualem, in quo sententiae etiam describantur; alterum vero qui contineat informationes, & examina testium. Itidem sat in causis criminalibus; hoc addito, ut in libro testium ponantur etiam constituta reorum.

Sit præterea filcia, in quam haec redigantur.

Fundationes } scilicet, quæ tunc tractantur; alioquin capellarum. Legata. } cuncta sunt ex loco ubi seruantur.

Invenaria Reliquiarum, & Indulgentiarum, & indumentorum sacrorum cu-

Gg 2 iusque